dens mater [l. matri] exsoluit. et ne philologia ipsius honestis careret
ornatibus eius pectori quo uerius comeretur apponit. Calceos
praeterea ex papyro [l. iunco] textili subligauit, ne quid eius membra
pollueret morticinum. Acerra autem multo aromate grauidata [plena].
[acerra] eademque candenti manus uirginis onerantur.

Etiam tunc roseo subtexere sidera peplo.
Ceperat ambronum promens aurora pudorem.
Cum creperum lux alma micat geminata decore.
[et cum nitet illa lux]
Cum nitet aurato et cum sit phosphorus astro.
Tunc candens tenero glaciatur rore pruina.
Et matutina greges quatiunt inpascua caulas
Languida mordaces cum pulsant pectora curae.
Et fugit expulsus laethea ad litora somnus.

Ecce ante fores quidam dulcis sonus multifidis suauitatibus
suscitatur. quem musarum conuenientium chorus impendens [recitans].
nuptialibus sacramentis. modulationis doctae tinnitibus
concinebat. Nec nam tibiarum mela. nec ex fidibus sonitus.
nec ydrauliarum armonica deerat plenitudo. Sed in blandum
collata cantum ac modificato fine compactum uoci uirginum comple
menti spacio ratum fecere silentium. ac tunc ille omnis chorus ca
noris uocibus dulcique modulatu peruertit omnis organicas suaui
tates. et cum sacre numeris cantilene hec dicta funduntur.
Scande celi templa uirgo digna tanto foedere

Nur zum persönlichen Gebrauch
Weitergabe an Dritte ist unzulässig!

Forschungs-
bibliothek
Gotha

Memb. II 98, Bl. 17 r